

avunculo, testamento eius adoptatus; antea appellabatur P. Caecilius Secundus (*V* 5279 cf. Mommsen *Herm.* 3 p. 60). — 2) *Consul suffectus* fuit a. 100 (*Plin. paneg.* 60, 92; *Mo. l. c.* p. 91). — 3) *Auguratum memorat* *Plinius ep.* 5, 8 *recens adeptus*, anno 105 vel 104. — 4) *In Bithyniam missus est a. ut videtur 111*. De hac legatione, quae fuit extraordinaria, egit *Mo. Herm.* 5 p. 96 seq., *Staatsr. II³* p. 245 not. 4 (= *II²* p. 234 not. 5). *Ex titulo Hispellate* *huc pertinent verba*: ex s. c. pro et *Bithynia et legatus ; quae quomodo supplenda sint quaesivit* Mommsen *eph. ep.* 7 p. 445. — 5) *Curator riparum Tiberis* *videtur fuisse a. 105 et in sequentibus*; cf. *Mo. Herm.* 5 p. 47. — 6) *Praefecturam aerarii ipse Plinius memorat* *ep. ad Trai.* 5, *paneg.* 92. *Praefectus aerarii Saturni* *videtur fuisse a. 98—101, praefectus aerarii militaris a. 94 vel 95 seq.* cf. *Mo. p. 89*. *Utraque praefectura iisdem fere temporibus functus est Atilius Rufinus* (*supra N. 1044*). — 7) *Praetor* *videtur fuisse Plinius a. 95, tribunus plebis a. 92, cf. Mo. Herm.* 5 p. 86. — 8) *Quaestorem imperatoris se fuisse Plinius att ep. 7, 16, 2; fuit quaestor Domitiani anno ut videtur 89/90* (*Mo. l. c.*). — 9) *Legio tertia Gallica in Syria tendebat. In Syria se tribunum militum fuisse Plinius ipse testatur ep. 1, 10, 5, 3, 4, 5.* — 10) *Numerus millium sestertiorum, ex quibus Plinius thermas exstrui iusserat, periit.* — 11) *Testamento fieri iussit.* — 12) *Decies octies centena et sexaginta sex millia cum sexcentis sexaginta sex* (1,866,666); *notam bessis* (2/3) *periisse coniecit* Mommsen (*Herm.* 5 p. 102); *ita enim pecunia legata usuris semissibus reddere debebat annuos sestertios 412,000.* *De ipsa donatione cf. Mo. l. c.* — 13) *Annuos sumptus in alimenta ingenuorum* ¹ *municipibus suis Comensibus pollicitus erat Plinius iam a. 97* (*ep. 1, 8, 10*); *eandem donationem memorat* *ep. 7, 18, 2.* — 14) *Summa quingentorum millium suppleta ex Plin. ep. 7, 48, 2.* — 15) *Bibliothecam municipibus suis dedicavit Plinius a. 97 vel paullo antea* (*Plin. ep. 1, 8, 2*).

2928 M. Cornelio | T. f. Quir. | Frontoni¹ | IIIvir. capital., | q. provinc. | Sicil., aedil. pl., | praetori, | municipes | Calamensiūm patrono.

Calamae (Guelma) in Numidia (*VIII* 5550 *semel descripta*). — 1) *Notus orator origine Cirtensis. Idem memoratur supra N. 1129. Hic titulus dedicatus est ante mensem Jul. 145, quo Fronto consulatum init.*

2929 [M. Pos]tumium Fest[um]¹ | oratorem utraque facund. | maximum, procos. Asiae destinat., | VIIvirum, flam., venerabilis | memoriae virum, | T. Fl. Postumius Varus² cos., | pronepos, sectator | eius.

Romae (VI 1416 vedit Bormann). — 1) *Hic est Postumius Festus aequalis et conterraneus Frontonis, cuius eloquentiam laudat Fronto ep. ad amic. 2, 11* (p. 200 ed. Naber) *et qui memoratur praeterea à Gellio 19, 13* (*praenomen suppletum est ex N. 2941*). — 2) *Videtur esse Postumius Varus praefectus urbi a. 274* (*chronogr. a. 354*) *Ad eundem pertinet titulus N. 2940. Etiam aliis pronepos Postumii Festi dici voluit sectator eius (N. 2941).*

2930 Ἀννία Ρήγιλλα | Ἡρόδου γυνὴ τὸ φῶς | τῆς οἰκίας, τίνος ταῦτα τὰ χωρία γέγοναν. | Annia Regilla | Herodis uxor | lumen domus, | cuius haec | praedia | fuerunt.

*Romae, lapis, quo temporibus Maxentii usi sunt pro milliario viae alicuius suburbanae (X 6886), est in museo Capitolino (VI 1542; *Inscr. Gr. Sicil. Ital.* 1591; *Huelsen mus. Rhen.* 45, 1890 p. 284 tab. delineavit). — Alias inscriptiones ab*